



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum Deum esse sit per se notum menti humanæ, sicut prima principia
demonstrationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

mur non autē possumus in viē statu Deum immedate cognoscere nullo alio p̄cognito: cuius rō est, quia cum affectus ad intellectum sequatur, ubi gminat̄ operatio intellectus, ibi incipit operatio affectus. Intellectus autem ex affectibus in causā pcedens tandem peruenit in ipsius Dei cognitionē aliqualem cognoscendo de eo, quid non est, & sic affectus fertur in id, quod ei per intellectum offertur, sine hoc, quod necesse habeat redire per omnia media per quā intellectus transit.

AD SEPTIMUM dicendū, q̄ quamuis intellectus noster sit factus ad hoc, qd̄ videat Deū, non tamen ut naturali sua virtute Deum videre possit, sed plūmē gloriē sibi infusum. Et ideo omni velamine remoto nodū oportet, quod intellectus Deum p̄ essentia videat si lumine gloriē non illustratur: ipsa n. carētia gloriē, erit diuine visionis impedimentum.

AD OCTAVUM dicendū, quod mens nostra cū intelligibilitate quam habet, ut proprium quoddā, & cū alijs cōmuniter habet esse, vnde quamuis in ea sit Deus, non oportet, quod semper sit in ea, ut forma intelligibilis, sed ut dās esse, sicut est in alijs creaturis. Quāuis autem creaturis omnibus cōiter det esse, tamen cuiuslibet creaturā dat proprium modū essendi: & sic etiam quantum ad hoc, quod est in omnibus per essentiam presentiam, & potentiam, inuenitur esse diuersimode in diuersis, & in vnoquoque secundum proprium modum eius.

AD NONYM dicendū qd̄ duplex est sanitas mentis, vna qua sanatur a culpa per gratiam fidei, & hęc sanitas facit videre illam inaccessibilem claritatē in speculo, & in enigmate. Alia est ab omni culpa, & poenā, & miseria, quā est per gloriam, & hęc sanitas facit videre Deum facie ad faciem. Quā duæ visiones distinguuntur. 1. Corinth. 13. vbi dicitur. Videmus nunc per speculum &c.

AD X. dicendū, q̄ ens, quod est primū per cōmunitatem, cum sit idem per essentia rei cuiuslibet, nullius proportionem excedit, & ideo in cognitione cuiuslibet rei ipsū cognoscitur, sed ens, qd̄ est primū causalitate, excedit impropotionaliter oēs alias res, vnde per nullus alterius cognitionē suffi- quēter cognosci pot̄, & ideo in statu viæ, in quo per spēs a rebus abstractas intelligimus, cognoscimus ens commane sufficienter, non aut̄ ens increatum.

AD XI. dicendū, q̄ quamuis diuina essentia sit p̄sens intellectui nostro, non est tamen ei cōiuncta, ut forma intelligibilis, quam intelligere possit quādiu lumine gloriē nō perficitur. Ipsa enim mens non habet facultatem videndi Deum per essentiam antequam p̄dicto lumine illustretur. Et sic deficit, & videndi facultas, & visibilis presentia. Intentio etiam non semper adest, quāuis enim in creatura inueniatur aliqua creatoris similitudo, nō tamen quādoque ad creaturam conuertimur, conuertimur ad eum, ut est similitudo creatoris, vnde non oportet, quod semper intentio nostra feratur ad Deum.

AD XII. dicendū, q̄ sicut dicit glossa super illud Psal. 1. Dimittat̄ sunt veritates &c. ab vna increata veritate multæ creatæ veritates in mētibus humanis imprimunt̄, sicut ab vna facie multæ facies resultant in speculis diuersis, vel vno fracto. Secundū ergo hoc, nos in veritate increata aliquid videre dicimur, s̄m quod per eius similitudinem in mente nostra resultantē de a quo iudicamus, ut cum per principia per se nota iudicamus de conclusioni-

bus, vnde non oportet quod ipsa increata veritas a nobis per essentiam videatur.

AD XIII. dicendū, quod summa veritas, quantum est in se, est summa cognoscibilis, sed ex parte nostra contingit quod est minus cognoscibilis nobis, sicut patet per Philosophum 2. Metaph.

AD XIV. dicendū, quod auctoriās illa dupliciter exponitur in glossa, vno modo ut intelligatur de visione imaginaria, vnde dicitur interlinearis. Videtur dō minus facie ad faciem, nō quod Deus videri possit, sed formā vidit in qua Deus ei locutus est. Alio modo exponitur in glossa Greg. de visione intellectuali qua sancti diuinā veritatē in cōtēplatione intrinsecū, d̄ non quidem sciēdo de ea, quid est, sed magis qd̄ non est, vnde dicit ibidem Greg. veritatē sentēdo vidit, q̄ quanta est ipsa veritas non videt, cū tanto se longe aestimat, quāto appropinquat, q̄ nisi illam ut cunq̄e conspiceret, non eam conspiciere se non posse sentiret. Et post pauca subiungit, hęc ipsa per cōtēplationem facta, non solida, & permanentis visio, sed quasi quadam visionis imitatio, facies Dei dicitur. Quia enim per faciem quemlibet agnoscimus, cognitionem Dei faciem vocamus.

ARTICVLVS XII.

Primum Deum esse sit per se notum menti humane, sicut prima principia demonstrationis, qua non possunt cogitari non esse.

DECIMO quaeritur, vtrum Deum esse sit per se notum menti humane, sicut prima principia demonstrationis, qua non possunt cogitari non esse. Et videtur quod sic. Illa enim sunt nobis per se nota, quorum cognitio naturaliter est nobis indita sed cognitio existendi Deum omnibus naturaliter est inserta, ut dicit Damasc. ergo &c.

¶ Præ. Deus est quo maius cogitari non potest, ut Ansel. dicit: sed illud quod potest cogitari non esse, est minus illo, quod non potest cogitari non esse, ergo Deus non potest cogitari non esse.

¶ 3 Præ. Deus est ipsa veritas: sed nullus potest cogitare veritatē non esse, q̄ si potest non esse, sequitur eā esse: si enim veritas non est, verum est, veritatem non esse: ergo nullus potest cogitare Deum non esse.

¶ 4 Præ. Deus est ipsum esse suum: sed non potest cogitari quin idē de se p̄dicetur, ut quod homo nō sit homo, ergo nō potest cogitari Deum non esse.

¶ 5 Præ. Omnia desiderant summum bonum, ut Boetius dicit: summum autem bonum solus Deus est, ergo omnia desiderant Deum: sed non potest desiderari quod non cognoscitur, ergo cōmuni- nis cōceptio est Deum esse, & sic idem quod prius.

¶ 6 Præ. Veritas prima præcellit omnem veritatē creatam: sed aliqua veritas creata est adeo evidens, quod non potest cogitari non esse, sicut veritas propositionis huius, quod affirmatio, & negatio non sunt simul vera, ergo multo minus potest cogitari veritatem increatam non esse, quā Deus est.

¶ 7 Præ. Veritas esse habet Deus, quam anima humana: sed anima non potest cogitare se non esse, ergo multo minus potest cogitare Deum non esse.

¶ 8 Præ. Quod est, prius fuit verum est futurum: sed veritas est, ergo prius fuit verum eā futurā non autē nisi veritate, ergo non potest cogitari quin veritas semp fuerit: sed Deus est veritas, ergo, &c. Sed dicendum, quod in processu est fallacia, s̄m quid & simpli.

Com. 1. ca. 3

D. 7. 11.

1. P. q. 8. ar. 1. co. 1.

Lib. 1. cap. 2. & 1.

In presale- g. ca. 2. cir- ca prim.

1. P. q. 8. ar. 1. co. 1.

1. de conse- prolo. 1. 11.

1. P. q. 8. ar. 1. co. 1.

& simpliciter, quia ueritatem futuram esse antequam esset, non dicit aliquam ueritatem simpliciter: sed tantum secundum quid, & sic non potest concludi simpliciter ueritatem esse.

¶ 9 Sed contra, Omne uerum secundum quid reducitur ad aliquod uerum simpliciter: sicut omne imperfectum ad aliquod perfectum, si igitur ueritatem futuram esse, est futurum secundum quid, oportebit aliquid esse uerum simpliciter, & sic simpliciter erat uerum dicere ueritatem esse.

¶ 10 Præter. Nomen Dei proprium est, qui est, ut patet Exod. 3. sed non potest cogitari ens non esse, ergo nec potest cogitari Deum non esse.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 13. Dixit insipiens in corde suo &c. Sed dicendum quod Deum esse, in habitu mentis est per se notum: sed actu potest cogitari non esse.

¶ 2 Sed contra, de his quæ naturali habitu cognoscuntur, non potest contrarium estimari secundum interiorem rationem, sicut sunt prima principia demonstrationis. si ergo contrarium huius quod est, Deum esse, potest estimari in actu, Deum esse, non esset per se notum.

¶ 3 Item illa quæ sunt nota per se, cognoscuntur sine aliqua deductione a causatis in causas: statim enim cognitis terminis cognoscuntur, ut dicitur Posterior. sed Deum esse non cognoscimus, nisi inspicendo effectum eius, Rom. 1. inuisibilia Dei, &c. ergo Deum esse, non potest esse per se notum.

¶ 4 Præter. Non potest sciri de aliquo ipsum esse, nisi quod ipsum sit, cognoscatur: sed de Deo in presenti statu non possumus cognoscere quod est, ergo eius esse non est nobis notum, ergo nec Deum esse, est per se notum.

¶ 5 Præter. Deum esse est articulus fidei: sed articulus est quod fides suggerit, & ratio contradicit: sed cui ratio contradicit, non est per se notum, ergo, &c.

¶ 6 Præter. Nihil est homini certius sua fide, ut dicit Augustinus. sed de his quæ sunt fidei, dubitatio potest oriri, & de quibuslibet alijs, & sic potest cogitari Deum non esse.

¶ 7 Præter. Cognitio Dei ad sapientiam pertinet: sed non omnes habent sapientiam, ergo non omnibus notum est Deum esse.

¶ 8 Præter. Aug. dicit in lib. de Trinitate, quod summum bonum purgatissimis mentibus cernitur: sed non omnes habent purgatissimas mentes, ergo, &c.

¶ 9 Præter. Inter quæcunque distinguit ratio, unum potest sine altero cogitari, sicut Deum esse possumus cogitare, sine eo, quod cogitemus eum esse bonum, ut dicit Boetius de Hebdo. sed in Deo differunt ratione esse, & essentia, ergo idem quod prius.

¶ 10 Præter. Idem est Deo esse Deum, quod esse iustum: sed multi opinantur Deum non esse iustum, qui dicunt Deo placere mala, ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod circa hanc quæestionem inuenitur triplex opinio. Quidam enim dixerunt, ut Rabi Moyses narrat, quod Deum esse non est per se notum, nec est per demonstrationem scitum: sed est tantum a fide susceptum. Et ad hoc dicendum induxit eos debilitas rationum, quas multi inducunt ad probandum Deum esse. Alij dixerunt, ut Auicenna, quod Deum esse, non est per se notum: sed per demonstrationem scitum. Alij uero, ut Anselmus, opinantur, quod Deum esse sit per se notum in tantum, ut nullus possit cogitare interius Deum non esse: quis hoc possit exterius profertre, & uerba quibus profert cogitare interius. Prima opinio manifeste falsa apparet. Inuenitur enim hoc, quod est Deum esse, rationibus irrefragabilibus etiam a Philosophis probatum: quæ uero etiam a nonnullis ad hoc ostendendum rationes frivole inducuntur. Duarum uero opinionum sequentium utraque secundum aliquod uera est. Est enim dupliciter aliquid per se notum. scilicet secundum se, & quoad nos. Deum igitur esse, secundum se est per se notum, non autem quoad nos: & ideo nobis necessarium est, ad hoc cognoscendum, demonstrationes habere ex effectibus sumptas. Et hoc quidem sic apparet. Ad hoc enim, quod aliquid sit per se notum, nihil aliud requiritur, nisi ut prædicatum sit de ratione subiecti: tunc enim subiectum cogitari non potest sine hoc, quod prædicatum sibi inesse appareat. Ad hoc autem, quod sit per se notum nobis, oportet quod nobis sit cognita ratio subiecti, in qua concluditur prædicatum. Et inde est, quod quædam per se nota sunt omnibus, quando scilicet propositiones habent talia subiecta, quorum ratio omnibus nota est, ut omne totum maius est sua parte. Quibus enim scit, quid est totum, & quid est pars. Quædam uero sunt per se nota sapientibus tantum, qui rationes terminorum cognoscunt, uel ego ens ignorante. Et hinc hoc Boetius in lib. de Hebdo. dicit, quod duplex est modus communium conceptionum. Unus est communis omnibus, ut si ab æqualibus æqualia demas, æqualia manent quæ restant, inter se. Alia est, quæ est doctorum tantum, ut in incorporata in loco non esse, quæ non uulgus, sed docti comprobant, quia scilicet uulgi consideratio imaginatione transcedere non potest, ut ad rationem rei incorporalis pertinere: hoc autem quod est esse in nullius creaturæ ratione perfecte includitur, cuiuslibet enim creaturæ esse est aliud ab eius quidditate, unde non potest dici de aliqua creatura, quod eam esse sit per se notum, & hinc se. Sed in Deo esse sui includitur in eius quidditate ratione, quia in Deo idem est, quod est, & esse, ut dicit Boetius & Dionysius. & idem est, an est, & quid est, ut dicit Auicenna. & ideo per se, & secundum se, est notum. Sed quia quidditas Dei non est nobis nota, ideo quo ad nos Deum esse, non est per se notum: sed indiget demonstratione. Sed in parte essentiam eius uidebimus, multo amplius enim nobis per se notum Deum esse, quam nunc sit per se notum, quod affirmatio, & negatio non sunt similes: quia igitur utraque pars quantum ad aliquid uera est, ad utrasque rationes respondendum est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cognitio existendi Deum dicitur omnibus naturaliter inserta: quia omnibus naturaliter insertum est aliquid, unde potest peruenire ad cognoscendum Deum esse.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa procederet, si esset ex parte ipsius, quod non esset per se notum: nunc autem quod potest cogitari non esse, est ex parte nostra, qui sumus deficientes ad cognoscendum ea, quæ sunt in se notissima, unde hoc quod Deum potest cogitari, non esse, non impedit, quin etiam sit quo maius cogitari non possit.

AD TERTIUM dicendum, quod ueritas supra præsumitur, unde sicut ens esse in eodem est per se notum, ita etiam ueritatem esse: non autem est per se notum nobis esse aliquid primum ens, quod sit causa omnis entis quousque hoc, uel fides accipiat, uel demonstratio probet, unde nec est per se notum ueritatem omnium a ueritate prima esse, unde non sequitur, quod Deum esse sit per se notum.

AD QUARTUM dicendum, quod ratio illa procederet si hoc nobis

Com. ante mediu. 10. 1.

lib. 1. cap. 2. circa princ. tom. 3.

In lib. an. o. q. 1. est, bene sit, inter me dit & hinc.

1. Met. no. re mota a prin.

nitur enim hoc, quod est Deum esse, rationibus irrefragabilibus etiam a Philosophis probatum: quæ uero etiam a nonnullis ad hoc ostendendum rationes frivole inducuntur. Duarum uero opinionum sequentium utraque secundum aliquod uera est. Est enim dupliciter aliquid per se notum. scilicet secundum se, & quoad nos. Deum igitur esse, secundum se est per se notum, non autem quoad nos: & ideo nobis necessarium est, ad hoc cognoscendum, demonstrationes habere ex effectibus sumptas. Et hoc quidem sic apparet. Ad hoc enim, quod aliquid sit per se notum, nihil aliud requiritur, nisi ut prædicatum sit de ratione subiecti: tunc enim subiectum cogitari non potest sine hoc, quod prædicatum sibi inesse appareat. Ad hoc autem, quod sit per se notum nobis, oportet quod nobis sit cognita ratio subiecti, in qua concluditur prædicatum. Et inde est, quod quædam per se nota sunt omnibus, quando scilicet propositiones habent talia subiecta, quorum ratio omnibus nota est, ut omne totum maius est sua parte. Quibus enim scit, quid est totum, & quid est pars. Quædam uero sunt per se nota sapientibus tantum, qui rationes terminorum cognoscunt, uel ego ens ignorante. Et hinc hoc Boetius in lib. de Hebdo. dicit, quod duplex est modus communium conceptionum. Unus est communis omnibus, ut si ab æqualibus æqualia demas, æqualia manent quæ restant, inter se. Alia est, quæ est doctorum tantum, ut in incorporata in loco non esse, quæ non uulgus, sed docti comprobant, quia scilicet uulgi consideratio imaginatione transcedere non potest, ut ad rationem rei incorporalis pertinere: hoc autem quod est esse in nullius creaturæ ratione perfecte includitur, cuiuslibet enim creaturæ esse est aliud ab eius quidditate, unde non potest dici de aliqua creatura, quod eam esse sit per se notum, & hinc se. Sed in Deo esse sui includitur in eius quidditate ratione, quia in Deo idem est, quod est, & esse, ut dicit Boetius & Dionysius. & idem est, an est, & quid est, ut dicit Auicenna. & ideo per se, & secundum se, est notum. Sed quia quidditas Dei non est nobis nota, ideo quo ad nos Deum esse, non est per se notum: sed indiget demonstratione. Sed in parte essentiam eius uidebimus, multo amplius enim nobis per se notum Deum esse, quam nunc sit per se notum, quod affirmatio, & negatio non sunt similes: quia igitur utraque pars quantum ad aliquid uera est, ad utrasque rationes respondendum est.

1. Phys. tom. 2.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

K

nobis

nobis esset p se notū, quod deitas sit esse Dei, quod quidem nunc nobis non est notum per se, cū Deū per essentiam nō videamus; sed indigemus ad hoc tenendum, vel demonstratione, vel fide.

AD QUINTVM dicendū, qd summum bonum desiderat dupliciter. Vno modo, in sui essentia, & sic nō omnia desiderant summum bonum. Alio modo in sui similitudine, & sic omnia desiderat summum bonum, quia nihil est desiderabile, nisi in quantum in eo similitudo summi boni inuenitur: vnde ex hoc non potest haberi, quod Deū esse non est summum bonum per essentiam, sit per se notum.

AD SEXTVM dicendū, qd quāuis veritas in creatura excedat omnē veritāe creatā, nihil tamen prohibet, veritatē creatā esse nobis magis notā, quā in creatura. Et tamen quia sunt minus nota in se, nota sunt magis quo ad nos, secundūm Philosophum.

AD SEPTIMVM dicendū, qd cogitari aliquid nō esse, potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt hæc duo simul in apprehensione cadāt, & sic nihil prohibet, qd quis cogitat se nō esse, sicut cogitat se aliquādo nō fuisse. Sic autem non potest totum simul in apprehensione cadere aliquid esse totum, & minus p pria parte, qd vnum eorum excludit alterum. Alio modo, ita quod huic apprehensioni assensus adhibeatur, & sic nullus potest cogitare se non esse cum assensu. In hoc. n. quod cogitat aliquid, percipit se esse.

AD OCTAVM dicendū, qd illud, quod nunc est verum fuisse prius esse futurū, nō oportet, nisi supposito, qd aliquid tunc fuerit, quādo dicitur hoc fuisse futurum. Sed si ponamus p impossibile aliquādo nihil fuisse, tunc tali positione facta nihil est verum nisi materialiter tātum: materia. n. veritatis nō solum esse, sed etiā nō esse, quia de ente, & nō ente cōtingit verum, dicere. Et sic nō sequitur, qd veritas tunc fuerit, nisi materialiter, & secundum qd.

AD NONVM dicendū, qd id quod est verum fm quid, reducatur ad verū, vel veritatē simpliciter, necessarium est supposito veritatē esse, non autē aliter.

AD X. dicendū, qd quāuis nomen Dei sit, qui est, non tamen hoc est per se notum nobis, vnde ratio non sequitur.

AD PRIMVM in cōtrariū dicendū, qd Anselm. in prolog. ira exponit, qd insipienti intelligatur dixisse in corde nō est Deus, in quātum hæc verba cogitavit, non qd hoc interiori rōne cogitare potuerit.

AD SECVNDVM, qd eodē modo quo ad habitum, & actum est per se notum, & non per se notum.

AD TERTIVM dicendū, qd hoc est ex defectu cognitionis nostræ, qd Deum cognoscere nō possumus, nisi ex effectibus, vnde per hoc non excluditur, quin secundum se sit per se notum.

AD QVARTVM dicendū, qd ad hoc, qd cognoscat aliquid esse, nō oportet, qd sciatur de eo, quid sit p definitionem, sed quid significetur per nomen.

AD QVINTVM dicendū, qd Deum esse nō est articulus fidei, sed præcedens articulum fidei, nisi cum hoc, quod est Deum esse aliquid aliud intelligatur, vt ipse quod habet unitatem essentia cum Trinitate personarum, & alia huiusmodi.

AD SEXTVM dicendū, qd illa quæ sunt fidei, certissime cognoscuntur fm; quod certitudo importat firmitatē adhesionis. Nulli. n. credens firmius adheret quā his, quæ per fidem tenet, nō autē cognoscunt certissime, secundum quod certitudo quietationem intellectus in re cognita importat. quod enim credēs assentiāt his quæ credit, non prouenit

ex hoc quod intellectus eius sit terminatus ad credibilia virtute aliquorum principiorum, sed ex voluntate quæ inclinat intellectum ad hoc quod illis creditis assentiāt. Erinde est quod in his, quæ sunt fidei, potest motus dubitationis insurgere in credente.

AD SEPTIMVM dicendū, quod sapiētia nō cōstitit in hoc solum quod cognoscitur Deū esse, sed in hoc qd ac cedimus ad cognoscendum de eo qd est: qd qdē in statu viæ cognoscere non possumus, nisi in quātum de eo cognoscimus, quid nō est. Qui. n. scit aliquid prout est ab oibus alijs distinctum, appropinquat cognitioni quæ cognoscitur quid est, & de hac est cognitio intelligitur auctoritas Aug. cōter inducta. Vnde patet responsio ad OCTAVM.

AD NONVM dicendū, quod ea quæ sunt a rōne distincta, nō sēmp pnt cogitari abinuicē separata esse, quis separatim cogitari pnt. Quāuis. n. Deus cogitari possit sine hoc quod eius bonitas cogitur, non tñ potest cogitari, quod sit Deus & nō sit bonus, vnde licet in Deo distinguantur quod est, & est rōne, non tamē sequitur quod possit cogitari nō esse.

AD X. dicendū, quod Deus nō solum cognoscitur in effectu iustitiæ, sed et in alijs suis effectibus. vnde dicitur quod ab aliquo nō cognoscatur vt iustus, nō sequitur qd nullo modo cognoscatur. Nec potest qd nullus eius effectus cognoscatur, cum eius effectus sit ens cōmune, quod incognitum esse non potest.

ARTICVLVS XIII. Vtrum per naturalem rationem possit cognosci Trinitas personarum.

TERTIODECIMO queritur, vtrum per naturalem rōnem possit cognosci Trinitas personarum. Et vbi quod sic per id, quod dicitur Rom. i. Inuisibilia Dei &c. glossa inuisibilia refertur ad personam patris: sempiterna virtus, ad personam filij, diuinitas ad personam Spiritus sancti. ergo &c.

¶ 1. Præ. Naturali cognitione cognoscitur qd in Deo est potētia pfectissima, & totius potētia origo. ergo oportet ei primā potētiam attribuire: prima autē potētia est generatiua. ergo fm naturalem rōnem possumus scire quod in Deo est potētia generatiua. sed ipsa posita in diuinis de necessitate sequitur distinctio personarum. ergo naturali cognitione possumus cognoscere distinctionē personarum.

quod autē potētia generatiua sit potētia prima, sic probatur, secundum ordinem operationum est ordo potētiarum: sed inter oēs operationes prima est intelligere, qd agens p intellectum probatur esse primum, & in eo intelligere secundum modum intelligendi prius est quam velle & agere. ergo intellectiua potētia est prima potētiarum: sed potētia intellectiua est potētia generatiua, quia omnis intellectus gignit sui notitiam in seipso. ergo &c.

¶ 2. Item, Omne æquiuocum reducitur ad vniuocum, sicut multitudo ad unitatem: sed processio creaturæ a Deo est processio æquiuoca, cum creaturæ non conueniant cum Deo in nomine, & ratione. ergo oportet ponere per naturalem rationem præexistere in Deo processionem vniuocam, secundum quam Deus a Deo procedat, qua posita sequitur processio personarum in diuinis.

¶ 3. Item, dicit quædam gl. super Apoc. quod nulla secta fuit, quæ circa personā patris errauerit: sed maximus esset error circa personā patris, si poneretur filium

1. p. q. 8. ar. 2. sic. 1. Glo. interlinearis ibi.

1. p. q. 8. ar. 2. sic. 1.

1. p. q. 8. ar. 2. sic. 1.